

EPITOME  
CANONUM  
COMMUNIUM

QUI IN CONCILIIIS GENERALIBUS,  
AC PROVINCIALIBUS,

In Decreto Gratiani, in Decretalibus, in Epistolis, & Constitutionibus Romanorum  
Pontificum, usque ad ALEXANDRI VII. annum IV. continentur.

AUTHORE

FR. LAURENTIO  
BRANCATO

DE LAURÆA

Ord. Minor. Conventualium S. FRANCISCI,

*Olim in Romana Facultate Theologiæ Professore, Sacrarum Congregationum Indulgentiarum, Rituum, Visitationis, ac S. Officii Consultore, & Qualificatore Concistoriali; Necnon Episcoporum Examinatore, & Bibliothecæ Vaticanæ Primo Custode.*

POSTEA VERO

S. R. E. TIT. BASILICÆ SS. XII. APOSTOLORUM  
Presbytero Cardinali Bibliothecario.

EDITIO NOVISSIMA.



VENETIIS, M. DCCVI.

Apud Antonium Bortoli.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

# NOTABILIA OBSERVANDA

## Pro expedito usu hujus Operis.



**M**ula, quæ de Conciliis Generalibus, ac Provincialibus, & de Romanorum Pontificum Epistolis citantur, accepta sunt ex Tomis Conciliorum Coloniae impressorum anno 1606. & opera R. D. Scipij Bionii collectorum. Qui quidem Tomi in se quatuor sunt; ac tertius in duas partes est divisus: Primus Tomus continet gesta Ec-

clesiæ, usque ad annum Domini 442. Secundus habet gesta ab eo anno, usque ad 675. Tertius pars prima habet acta, usque ad annum 867. Tertius ejusdem pars secunda complectitur facta, usque ad annum 1452. Quartus tandem Tomus comprehendit reliqua, usque ad annum 1596. Qui ergo in hac Epitome aliquid resolutum in aliquo Concilio legerit, si cupidus sit resolutionem videre propriis verbis conceptam, ut expedito id exequatur, Indicem legat Conciliorum infra dispositum, à quo acceperit in quo Tomo tale Concilium sit collocatum. Idem profusus, si libuerit, exequatur cum in dictum aliquod, decretum, vel Epistolam Romanorum Pontificum incidit; Indicem nempe Pontificum inferius ordinatum excurret: hic enim fideliter significabit, quo in Tomo cuiuslibet Papæ decretum, Epistolæ, atque Constitutiones, vitæ, ac gesta sint reposita.

2. Canones quidam hoc loquendi modo sunt notati, *Post Conc. N. vel N. & post ep. N.* Et hoc est signum, quod in tali Concilio, vel Epistola non reperiuntur illa dicta, seu canones, sunt tamen notata post illa: & hoc fortasse, quia cum primò facta est collectio Conciliorum, seu Epistolarum, canones illi non erant per manus collectoris: cum verò in aliis abundantioribus Bibliothecis sunt reperti, apposti sunt post precedenti.

3. Inter canones autem, qui extra Concilia authentici, seu indubitata reperiuntur, sunt illi, qui dicuntur *Apostolorum*, qui ab aliquibus, etiam ab initio habiti sunt, ut crediti ab Apostolis; ab aliis autem in tali estimatione non habentur, quia tamen à SS. Patribus, & DD. citantur, & omnino primi adducuntur in primo Tomo Conciliorum, operæ pretium duxi eos afferre: solent autem hoc titulo citari: *Concilium (quod dicitur) Apostolorum*, id quod ab iis adunatis existimantur editi.

4. Pro Concilio Nicæno primo generali notandum. Canones vulgati, qui ab hoc Concilio facti circumferuntur, sunt viginti. Sed S. Athanasius Alexandrinus, qui existens diaconus fuit præsens Concilio, Epistola ad Marcum Papam, quæ est in fol. mihi 347. Tomi primi Conciliorum, & pars ejus refertur in *Dist. 26. cap. Septuaginta*, aperte dicit, quod canones illius Concilii prima vice fuerunt 30. sed postea 312. Concilio Patribus visum est congruum eos reducere ad numerum 70. in memoriam 70. Discipulorum, vel *Universitatis Linguarum totius mundi*, & sic materia illorum decem, qui ab 80. detracti sunt, ad alios 70. redunda est; quos 70. Athanasius ipse sua manu conscripsit ad *Isidorum Papam Romæ existentem missos testatus*. Et quoniam grassante in Ægypto Arianorum hæresi, omnia Nicæni Concilii exemplaria fuerant ibi combusta, Athanasius ipse Patriarcha Alexandrinus, petiit à Marco Papa, ut eorum exemplare sibi concedere dignetur. Assentitur Papa, respondensque se in serinio Sedis Apostolicæ invenisse 70. capitula subscripta à Patribus Nicæni Concilii, eaque providè ex originali excerpta ad ipsum transmisit. De hoc 70. numero meminit S. Isidorus in præfatione ad tom. 1. Concil. allque ibidem fol. 347. At Julius Papa I. citat alios 24. canones Concilii Nicæni, præter 20. quinunc extant, ita in epist. 22. quæ est in Tomo 1. Conciliorum fol. mihi 348. & seqq. Nunc autem 20. tantum reperiuntur, & ignoratur, quomodo alii exciderint, ita ut implemet Stephanus Papa, ut habetur in *Dist. 16. cap. Vingtis*, mictor de hac factura. Aliqui, inter quos idem Stephanus, putant, eos imminutos, quia adjecti sint canonibus Concilii Antiocheni; alii, Sardienis; qua de causa hoc

Concilium non auget numerum Generalium, quia fuit confirmatio Nicæni. Sed adhuc nota, quod in hoc Opere citantur canones 30. Concilii ejusdem, qui existimantur subscripti à 312. Patribus, inveni Arabico descripti characterè, allati Romam ad Pium Papam IV. & translati in Latinum, & referuntur in Tomo 1. Conciliorum fol. mihi 341. originale autem servatur in Bibliotheca Vaticana. Et hoc factum existimo, ut completa habeatur notitia eorum, quæ de Nicænis canonibus circumferuntur. Ideo mirandum non est, si interdum invenitur, sic citari *Conc. Nicæni 1. can. 100.* interdum *Conc. Nicæni, ex Julio*, interdum tandem sic *Conc. Nicæni 2. in Arabico can. 100.*

5. Pro Concilio Africano, Multa decreta Africanorum Conciliorum, ut Melevirani, Numidici, plurimum Carthaginensium, &c. fuerunt in unum redacta in Nationali quodam Concilio dicto *Africano*, celebrato sub Celestino I. Bonifacio, & aliis Romanis Pontificibus, Carthagine, ut putatur. Et dum citantur, aliquando sic notantur *sub Celestino*, & aliquando absque hoc signo ad vitandam prolixitatem.

6. Pro Conc. Calcedon. Quædam citantur sub verbo *affirmare*, quædam sub verbo *esse*, quia canones habentur solum in *actione 15.* multa autem decreta, sub aliis actionibus sunt deposita.

7. Pro Conc. Lucensi 2. Multi in eo reperiuntur canones collecti à S. Martino Episcopo Brachyrensi, ex Oriente adducti, licet Gratianus eos tribuat S. Martino Papæ, sed hujus non sunt; notantur autem hoc titulo *conc. Lucen. 2.*

8. Pro Concilio Toletano. Multa Concilia Toletana citantur absque ordine numeri, sed sub Regibus eorum temporum, alia verò cum ordine, & numero.

9. Pro Concil. Tolet. 17. Nota, quod post illud apposti sunt 25. canones, qui tunc accepti sunt nec scitur, sunt tamen utiles, & aliis Conciliis confirmantur.

10. Nota, quod canones quintæ Synodi, id est, Constantinop. secundæ approbantur, etiam in *conc. Roman. sub Martino I. consulti 5.*

11. Pro Concilio Trullano dicto Quinisexto. Fuit hoc celebratum Constantinopoli, in Palatio, quod dicebatur *Trullum*, anno 692. sedente Sergio Papa, sed sine ejus licentia; ideo, nec ab ipso fuit approbatum. Canones concilii dit 102. aliqui ex ipsis sunt in usu, quædam utiles, & in aliis legitimis Conciliis confirmati.

12. Pro Conc. Cabilon. Nota, hoc celebratum esse sub Leone III. quod apud me est tertium, & sic citatur, cum duo alia præcesserint.

13. Pro Concil. Aquisgran. 2. Nota, hoc Concilium citari sic, *sub Ludovico Pio*; quia sic communiter solet referri.

14. Pro Concil. Aquisgran. 4. Nota ipsum dividi in quatuor partes, & sic earum quælibet proprium canonum numerum reperiri. Canones autem hujus Concilii specialia quadam diligentia per scripturæ auctoritates apparent stabiliti ut habetur post ipsum Concilium.

15. Pro Conc. Patisiensi 3. Nota, quod in tres libros dividitur, & quilibet habet numerum suorum canonum, & ideo cum distinctione librorum citatur.

16. Pro Conc. Lateran. 3. ut in vita Alexandri III. ex Tomo 3. Concil. par. 2. Nota, quod hoc Concilium continet canones duplicis generis, quosdam ordinaris, quosdam verò in appendice appostos, & isti sub diversis titulis citantur, quia sic reperti in originali; non tamen omnes ab hoc Papa conditi, sed ab aliis, ut in præfatione illius Concilii notat Author; sed quia omnes sub hoc Concilio comprehenduntur, & approbantur, sub eo citantur. Nota insuper, quod in appendice dicta, post titulum *de Pallionibus secundis*, qui est in ordine pars 48. sequuntur duo ordines decretorum sine titulo, sed sub solo verbo *Pars*, & proinde aliqui ejus Concilii canones sub vocabulo *Partis* citantur.

17. Pro Concil. Constantiensi. Nota, quod errores Joannis Vicleiff damnantur in *sess. 8. & rursum in sess. ult. per de-*





# E P I T O M E C A N O N U M O M N I U M.

## A

*Aaron*



**A**RON fuit Episcopus. *S. Anacit. Epist. 2.*  
Aaron fuit Sacerdos primus ex lege. *Anacit. ibid.*

*Abbatia*

Abbatia idem sonat, ac latine Paternitas. *Concil. Meldense cap. 10.*  
Abbatia commendata, per Episcopum, ut de legatum Papae potest visitari, & quomodo. *Concil. Trid. sess. 21. de reform. c. 8. Vide, Episcopus circa Regulares.*

Abbatie vacantes in Gallia, quomodo providentur per Papam cum nominatione facienda à Rege. *Concil. Lateran. 5. sess. 11. c. 2. Primiton. & hoc juxta concordata cum Sede Apostolica. ibid.*

*Abbas quomodo olim eligebatur.*

Abbas olim per Episcopum eligebatur. *Gregorius I. lib. 10. Epistolaram ep. 22. Conc. Thron. 2. c. 7. causa 18. q. 2. Hoc tantum Abbas per Papam aliquando eligitur. Gregor. I. lib. 4. Epist. 69. 57.*

*Abbas à quo sunt eligendus.*

Abbas nunc eligendus à Congregatione Monachorum. *Gregor. I. lib. 4. Epistol. ep. 41. 42. Concil. Rom. 2. sub Gregor. I. c. 3. post Concil. Tolet. 1. cap. 5. Greg. II. lib. 2. Epist. 27. causa 18. q. 2. cap. Abbas, Epist. Abbas.*  
Abbas electus contra mandatum Papae invalide est electus. *Gregor. VII. lib. 7. Epist. 27.*  
Abbas non potest eligi, seu praefici à Laico, & si acceptat, excommunicatur. *causa 16. q. 7. cap. si quis deinceps, & c. si quis Cler.*

*Abbas quomodo eligendus.*

*Vide, Superiorum regularium Electio. Vide, Electio.*

*Abbatibus eligendi qualitates, & aetas.*

Abbas eligi nequit Clericus secularis. *Greg. I. lib. 3. Ep. 11. causa 16. q. 1. cap. P. existens. De elect. c. cum ad usum, sed debet esse profectus Monachus, ibid. & cap. cum in magistrum de electione. Debet esse introductus in regula Monachali, alius non potest eligi. *de elect. cap. officium. Aliz permutae qualitates requiruntur pro eligendo causa 18. q. 2. cap. Quomodo sit necessarium. Vide, Electio.**

Aetas eligendi est annorum 30. & si dispensatur à Papa sit ad minus ann. 22. *Concil. Lateran. 5. sess. 9. Bulla de reform. Curiae cap. 1.*

Constitutus in minoribus potest eligi, sed cum dispensatione Papae. *De aetate, Epist. quod Episc. praeficiunt. c. Tuam in Domino. Epist. Cur. Cur. de Laureis.*

Irregularis potest eligi cum dispensatione Papae. *ibid. c. Tuam in Domino.*

Abbas electus ordinatus est Presbyter, alias privetur. *De aetate, Epist. quod Episc. praeficiunt. cap. 1.*

Eligi non potest criminosus, aut venialis. *Conc. Carthagen. cap. 2.*

*Abbas circa regimen Monasterii.*

Abbas nisi tantum Monasterio praefici potest, de nulli modo duobus. *Concil. Ag. in deo. cap. 17. Concil. Toletan. 17. c. 10. Concil. Vercellan. cap. 11. Concil. Lateran. 4. cap. 13. causa 21. q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

Aliquando fuit dispensatum, ut unus Abbas pluribus praeficeret Monasteria. *Greg. VII. lib. 1. Epist. 12.*

Eadem Monasteria plures Abbates praefici non possunt. *Concil. Cabillon. 2. cap. 12.*

*Abbas circa cellas.*

Abbas non potest habere plures cellas. *Concil. Vercellan. c. 8. Vide, Regul. Reformat. & c. 10.*

*Abbas consultus cum Monachis.*

Abbas cum suis Monachis tenetur convivere. *Concil. Mevan. 1. cap. 11. Intra septa Monasterii tenetur vivere; & non potest habitare extra. Concil. Colon. 3. de Offic. cap. 8. Vide, Regul. Reformativa.*

*Abbas civitas circa Monachos.*

Abbas curare tenetur, ut Monachis in omnibus subveniatur. *Concil. Ag. in deo. 3. par. 2. cap. 2. Vide, Regul. Reformat. & alios tit. Regg.*

*Abbas olim erga Episcopos.*

Abbatibus, & Monachis olim Episcoporum jurisdictioni erant subiecti. *Causa 18. q. 2. cap. Abbas. Concil. Aurel. 1. cap. 21. Concil. Ep. in deo. cap. 19.*

Alienare non poterant sine consensu Episcopi. *Causa 17. q. 3. cap. in venationibus. Concil. Ag. in deo. cap. 56. Concil. Aurel. 1. cap. 23. causa 12. q. 2. cap. Abbatibus. Concil. Toletan. 17. cap. 9. Vide, Episcopi quoad Regulares. Vide, Regulares erga Episcopos.*

*Abbas nunc erga Episcopos.*

Abbatibus, & Monachis, nunc à jurisdictione Episcopi sunt exempti (ex tempore Gregorii I.) *Causa 18. q. 2. cap. quomodo sit necessarium.*

Abbas potest ab Episcopo compelli, ut eat ad Synodum. *lib. 18. cap. Episcopi de Majori & obed. cap. quod super.*

Abbas Episcopi praecipua despiciens est excommunicandus. *Concil. Aurelian. 2. cap. 21.*

Abbas non potest sine consensu Episcopi praeficere Presbyteros Ecclesiis Parochialibus. *16. q. 2. cap. si quis.*